

17
DE
**PRAESCRIPTIONE
IVRE NATVRALI
FVNDATA**

1765, 2
10
3

PRAESIDE

WOLF BALTH. ADOLPHO DE STEINWEHR

CONSIL. REG. AVL. IVRIS NAT. ET GENT. AC HISTOR. P.P.O

REG. ACAD. BEROL. ADSRIPTO

ORD. PHILOS. DECANO

A. D. XVI. MARTII C I D I C G C L X V

H. L. Q. C

DISPVTABIT

DISSERTATIONIS AVCTOR

AVGVSTVS HENRICVS GOERING

STENDALIENSIS



FRANCOFVRTI ad VIADRVM

TYPIS IOANNIS CHRISTIANI WINTERI

ACAD. REG. TYPOGR



DE

PRAESCRIPTIONE
VARIE NATURALI
EVANIDA

HERBESIDE

MOLIE BALTH. ADOLPHO DE STEINWEHR
CONSTIT. HERB. AGRICULTURIS ET MEDICALIS. AGRICULTORUM
HERB. AGRO. HERB. MEDICAL. AGRICULTORUM
AGRO. PHYSICO. DEGENO.

V. D. XAI. MARTII 1715 CCCLXV

166

DISSESSATIATIT

DISSESSATIATONIS VACATOR

VAGASTAS HENRICAS GORERING

DISSESSATIATONIS



MANCOLATIA IN MUNDUM

JACCHUS IOANNIS CHRISTIANI AINTELLI

ACCV. BNC. TYPHOE

VIRO
PRAENOBILISSIMO, AMPLISSION, IURIS-
CONSULTISSIMO, PRUDENTIS-
SIMOQUE

AVGVSTO CHRISTIANO
POHLMANN

AMPLISSIONI SENATVS SOLTQVELLENSIS
CONSULI AC SYNDICO
LONGE MERITISSIMO

AVVN CVLLO SVO

SVMMO PIETATIS CVLTV
PROSEQUENDO
HOC GRATISSIMI ANIMI DOCVMENTVM

D. D. D.

CVLTOR OBSERVANTISSIMVS
AVGVSTVS HENRICVS GOERING.

) (2

CON-

A I R O

P R A E N O D I I S S I M O , A M P I S S I M O , T Y R I S

C O N S A R T I S S I M O , P R A E D U T I S

S I M O D I C E

A V G A S T O C H R I S T I A N O

P O H F M A N N

A M P I S S I M I S E N T A T A S O R T G A E L L E R S I A

C O N S A R T I A C S Y N D I C O

L O N C E M A R T I T I C S I M O

A V A N C A T O S A O

E A M M O D I F F T A T I S C A F T A

E D O S S E G A T I N D O

H O C G R A T I S S I M I A N I M I D O C A M E N T A M

b . d . e .

C A L T O N Q U A R T E R A N T I C S I M M A S

A V G A S T A S H E N R I C A S G O F T I N G

C O N -

X^o

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

I. Praeliminaria §. I-VIII.

- 1) *Introitus* §. I.
- 2) *De acquisitione in genere* §. II-VII.

- A) *immediata* §. II.
- B) *mediata* §. III-VII.
 - a) *originaria* §. IIII.
 - b) *deriuativa* §. eod.
 - a) *fundamentum generale* §. V.
 - β) *species* §. VI.VII.
 - γ) *derelictio* §. VI.
 - δ) *translatio onerosa* } §. VI.
 - ε) - - - *gratuita* }

- 3) *Transitus* §. VIII.

II. Tractatio §. IX-XXVI.

- 1) *Definitio praescriptionis* §. IX-XII.

A) *eiusque probatio* §. IX.

B) *Corollaria* §. X-XII.

a) *fundamentum specificum non ingreditur eius effen-
tiam* §. X.

b) *Determinationes ex eo fluentes sunt accidentales*
§. XI.

c) *fundamentum eius secundum I.N. quale esse debeat.*
§. XII.

)(3

2) *Pro-*

CONSPICILLAS
THEMATICAS

- 2) *Probatio thematis* §. XIII, XIV.
- A) *ipso* §. XIII-XVII.
- a) *quomodo per possessionem fiat acquisitionis* §. XIII.
 - b) *quod fieri possit*
 - c) *Interueniente consensu* §. XIII.
 - d) *Quomodo interuenire debet* §. XV-XVIII.
ut distinguaatur
 - e) *ab occupatione* §. XV.
 - f) *a translatione iuris onerosa* §. XVI.
 - g) *a translatione iuris gratuita* §. XVII.
 - h) *recapitulatio* §. XVIII.
- B) *Remotio argumentorum* §. XVIII. XX.
- a) *quod saepius deficit facultas contrariae voluntatis declarandae* §. XIX.
 - b) *quod quilibet salvo iure suo taceat* §. XX.
- C) *Corollaria* §. XXI-XXIV.
- a) *Qualitas fidei non requiritur* §. XXI.
 - b) *tempus determinatum non requiritur* §. XXII.
 - c) *verum axioma: tantum praescriptum quantum possidit* §. XXIII.
 - d) *applicatio ad ius gentium* §. XXIV.
- 3) *Divisio* §. XXV. XXVI.
- A) *In acquisitionem et extinctionem* §. XXV.
- B) *acquisitiones, in talen in specie sic dictam, et constitutiu-*
tiuam §. XXVI.

§. I. De



§. I.

De praescriptione quaestio dudum disputata et iamnum agitatur, utrum scilicet iure naturali fundata sit, an vero solius iuris positui rationibus debeatur. Mihi quidem omnis controversia inde ortum traxisse videtur, quod essentiales praescriptionis determinationes ab accidentalibus parum accurate distinxerint, qui ipsi omnino iuris naturalis fundamentum denegarunt. In decidenda itaque hacce controversia omnia eo redibunt, ut essentiales praescriptionis determinationes curate eruantur, et ab accidentalibus sollicite secernantur. Ex quibus praescriptionis definitione deducta, facili colligi poterit negotio, praescriptionem in rerum huc pertinentium essentialis rationem habere sufficientem, iure proinde naturali fundatam esse. Cum autem ex sua quidque essentia tum deriuandum, tum demonstrandum sit, praescriptio autem ad acquisitionis species pertinet,

A


neat,



neat, tum ut eius accurata definitio erui, tum ut acquisitionem per eam iure naturali fieri posse, probari queat, merito ante, tum acquisitionis notio sistenda, tum regulae, quibus fulcitur acquisitionis, ex rerum, quas supra dixi, essentiis, tanquam unicis iuris naturalis fontibus hauriendae erunt. Quo peracto, res absque ullo expedietur negotio, hoc pacto, ut 1) recte informatae ac probatae praescriptionis definitione indeque deductis corollariis, 2) generales acquisitionis regulas applicem, eoque simul probem, iure naturali per praescriptionem acquiri posse, eamque ideo iure hoc fundatam esse; 3) autem praescriptionis diuisiones breuibus attingam.

§. II.

Acquisitio est actus, quo iurium et obligationum reddimur particeps. Fluit ergo ex hac definitione, iura et obligationes acquirendas, nostras nondum esse; porro, cum dentur iura et obligationes, quae simul nobiscum existere incipiunt, quas connatas dicere consueuerunt, in eas proprie non cadere acquisitionem, contra sola iura contracta, solasque obligationes contractas acquiri dici posse. Cum autem in iure naturali omnia iura, omnesque obligations ex rerum essentiis proueniant, ex iisdem etiam deriuari debet, quod, et quando iurium et obligationum partipes reddendi simus; et inde est, quod omnis acquisitionis leges naturales assistentes habere debeat. Quae, si determinant, quod acquirere possimus, deferre aliquod ius dicuntur. At enim ea est iurium et obligationum conditione, ut aliarum acquisitione immediate ex legibus naturalibus oriatur, aliae autem praeterea ad suam existentiam factum aliquod humanum requirant, iura et obligationes producens,



cens, obligatorum propterea dictum. Duplex inde oritur acquisitionis, quarum illa immediata, haec autem mediata audit. A scopo autem longe alienum est, immediatae acquisitionis naturam profundius perscrutari, et determinare, quando locum habeat. Hoc tantum notasse sufficiat, ut locus ei fiat, nihil amplius requiri, quam adesse casum legis. Missa igitur immediata acquisitione ad mediatam me conuerto, quippe quae propius ad propositum meum spectat.


§. III.

Dixi paullo superius, ad acquisitionem mediatam, praeter leges naturales, requiri aliquod factum humanum obligatorium. Talia facta cum plura dari possint, patet, hanc acquisitionem differre pro diversitate factorum obligatoriorum. In genere autem in hac acquisitionis specie duo discernenda sunt capita. Primo, factum, quo acquiritur, quod appellatur modus acquirendi; secundo, lex naturalis, declarans, tali facto tale ius acquiri posse, quae dicitur titulus acquisitionis. Denique factum, quo acquiritur, vel ius, quod haec tenus nulli competit, concernit, vel ius alterius. Vnde enascurit diuisio modi acquirendi, in originarium, si prius, et deriuatiuum, si posterius.

§. III.

Ex duplice modi acquirendi, secundum §. antec. species duplex oritur ipsius mediatae acquisitionis species: Originaria, si ius acquirendum nullius, deriuatiua, si ius acquirendum alterius est. Vti vero (§. II.) omnis acquisitionis legum assilientiam habere debet, sic ea nec in his species desiderari debet. Quod igitur ad acquisitionem

A 2 ori-



originariam attinet, cum in rerum natura fundatum sit, ius nullius, et quidem absolute tale, quemlibet sibi acquirere posse, quoad hanc speciem non deest legum naturallium consensus. Vnde nihil aliud requiritur, quam ut accedat factum humanum, quod in hac specie sola apprehensione absolvitur. Sed et in acquisitione deriuatiua, quatenus leges naturales per eam ius alterius acquiri permittant, videndum est. Iam leges naturales, alterum perfectionibus, et per necessariam consequentiam, iuribus etiam, quibus instructus est, priuare vetant. Non abs re igitur quaeritur, quomodo mediate, id est interueniente facto obligatorio, eius iura acquirere possimus. Explicandis enim modis, quibus immediate iura alterius acquiruntur, ex ratione §. II. allegata, supersedeo. Huius ergo rei expedienda, alia iuris naturalis regula rationem et viam monstrat. Quilibet nempe volens ius suum haec tenus posse sum repudiare potest. Quare ius alterius aliter acquirere haud possumus, quam ipsius voluntate; quam vnum omnis acquisitionis mediatae deriuatiuae secundum ius naturae fundamentum esse, censendum est.

§. V.

Vidimus §. antec. voluntatem ius habentis secundum ius naturae vnicum esse fundamentum, illius iuris ab altero acquirendi. Voluntatem autem quis varie declarare potest: tum ratione modi eam declarandi, tum ratione circumstantiarum, sub quibus eam declarat. Variae inde species modi acquirendi deriuatiui enascuntur, quorum essentia cum proxime influat in causam, in qua tenuenda versor, paullo accuratius perscrutanda eadem erit. Quod itaque iam ad primum, modum scilicet voluntatem declarandi


randi, spectat, eam vel expresse, vel tacite declarari posse, utriusque autem voluntatis declarationis, ceteris paribus eandem esse vim ac efficaciam, constat. Hinc vero solum, sine assumto altero, circumstantiis nempe, sub quibus voluntas declaratur, non oriuntur diuersae acquisitionis species. Circumstantiae autem cum hic maximum momentum habeant, et potissimum inter modos acquirendi discrimen constituant, sollicite nunc expendendae sunt.

§. VI.

Ratione circumstantiarum, sub quibus voluntas, ius non amplius habendi, declaratur, omnia eo redeunt, ut vel nude declaretur, adeo ut non adsit alter, qui acquirere velit; quod si fiat, haec voluntatis declaratio dicitur derelictio; quae, prout vel expresse, vel tacite declaratur, vel expressa, vel tacita est; et, cum hac derelictione ius euadat nullius, sequitur, occupationem locum habere, (§. IV.) vel ut adsit quidam, cui simul deferatur illud ius. Hic acquisitionis mediata derivatiua initium capit, et facta obligatoria, hanc acquisitionis speciem constituentia determinanda sunt. Pone igitur, adesse, qui ius ab altero delatum sibi habere velit; hunc voluntatem suam declarare debere clarum est; quo casu illud acceptare dicitur. Fluit itaque hinc, prono quasi alueo, factum obligatorium in genere, quo ius alterius acquiritur, consensu, tam ius amittentis, quam illud acquirentis, absolui.

§. VII.

Prouti in genere constat, ita et hoc loco consensus ad acquisitionem iuris directus, vel ab utraque parte expressus, vel tacitus esse potest. Si adest expressus, vel



pretio aliquo interueniente ius defertur, et acceptatur; vnde oritur translatio iuris onerosa expressa; vel nullo pretio interueniente defertur et acceptatur, quo casu enascitur translatio iuris gratuita, quae donatio vocatur. Quod si adeat consensus tacitus, eadem obtinet diuisio, tali modo, ut translatio iuris onerosa tacita et donatio tacita inde proveniant. Hae igitur sunt summae acquisitionis derivatiuae species, quas in genere ex diuersitate consensus elicere licet, quasque vel eam ob caussam, hic proponere debui, quo facilius eas, in caussae pertractione, a prescriptione discernam. Per multas quidem et haec subdiuisionses admittunt, a quibus tamen explicandis abstineo, quod ad caussam, in qua propugnanda labore, nihil faciunt.

§. VIII.

His in genere de acquisitione praestructis, et posito speciatim acquisitionis derivatiuae fundamento, quod in eo colloco, omnem illam voluntate ius amittentis fieri debere, patet, qui aliquo facto ius alterius acquiri posse contendit, probandum ei esse, velle alterum ius amittere, eundemque in acquisitionem, ab altero faciendam consentire. Et si porro, hunc modum, specialem quandam acquisitionis speciem esse adfirmat, euincendum amplius ipsi esse, eum cum aliis non coincidere, sed ab ipsis potius diuersum esse. Cuius vtriusque probandi, dum institutum persequor, periculum faciam, praemissa antea, et probata ipsa praecriptionis definitione.

§. VIII.

Praescriptio in genere est acquisitionis derivatiuae per continuatam possessionem. Veram esse hanc definitionem,

cum

¶

7

3.

cum mihi iam cum iis res sit, qui praescriptionem soli iuri positiuo tribuant, ex ipso hoc iure ostendendum erit. Quo patesiet, quod supra (§.I.) de confusionē essentialium et accidentalium praescriptionis determinationum adieci. Ad omnem acquisitionem deriuatiuam, tam iure naturali (§.III.) quam iure positivo, tum titulus, tum modus acquirendi, requiritur. Titulus autem nihil aliud est, quam legis approbatio, facti acquisitionem inducentis (§.III.) Sequitur ergo ex his, factum aliquod eatenus tantum esse obligatorium, quatenus legum habet consensum; ex quo porro elicetur, titulum semper sub facto latere, adeoque in formanda definitione acquisitionis species, non nisi factum, tanquam differentiam definitionis specificam commemorari oportere. Ut itaque applicatio huius ad praescriptionis definitionem fiat, patet, cum praescriptio iure positivo, ad acquisitionis species referatur, simulque constet, ipso hoc iure factum, quo praescriptio effectum acquisitionis exserit, esse possessionem, praescriptionem definiendam esse per acquisitionem per possessionem. Cur autem possessio continuata esse debeat, ratione iuris positivi, ex determinato tempore appareat, ratione iuris naturalis autem ex infra dicendis demum clarum erit. Sifit itaque haec definitio praescriptionis notionem completam, distinctam, eandemque regulis logicis minime repugnantem; quippe quae, essentiales tantum rei determinationes definitionem ingredi, iubent.

§. X.

Ex §. antec. 1 quae praescriptionis definitionem exhibet, veramque eam esse monstrat, quae praescriptio-
nis essentiales determinationes habendae sint, intelligitur:


Vt



Vt siac scilicet 1) acquisitionio, 2) per possessionem continuatam. Nam cum essentiales rei determinationes absolute ad rem constituendam sint necessariae, sequitur, haec duo capita semper ad praescriptionem requiri. Ratio autem legalis acquisitionis eatenus tantum determinatio essentialis est, quatenus in genere sine legum consensu nulla acquisitionio fieri potest; non autem quatenus hanc vel illam ob causam acquisitionem approbat. Ex quo porro sequitur, leges positivias, saepe eiusdem effectus acquisitioni, longe diversas a naturalibus causis allegare posse. Cum igitur determinatio quaedam ratio legalis non ad ipsam acquisitionis essentialiam pertineat, consequens est, vt sit accidentalis eius determinatio. Accidentales autem rei determinationes salua ipsa re abesse possunt, atque ad ipsam rem constituendam non sunt necessariae. Ex eo autem, quod secundum supra memorata, ratio acquisitionis legalis fundamentum acquisitionis dicatur, efficitur, fundamentum determinatum ad relationes pertinere; et cum relationes ipsam rei essentialiam non ingrediantur, praescriptioni nihil detrahi, licet vel maxime determinato iuris positivi fundamento non innitatur, sed potius, quoad essentiales determinationes, eandem semper manere.

§. XI.

Ex assertis §. antec. cogitur, omnes conclusiones, ex speciali praescriptionis secundum ius positivum fundamento prouenientes, cum hoc fundamentum essentialiam eius non ingrediatur, necessario ad praescriptionem non requiri, sed relationes tantum esse, quae salua essentiali abesse et adesse possunt. Deinde, fundamentum praescriptionis secundum ius positivum, cum sit poena negligentiae, facili inde



de colligitur negotio, omnes conclusiones hinc collectas ad praescriptionis essentiam non pertinere: adeoque 1) certum et determinatum tempus, intra quod praescribi possit, ad praescriptionem non necessario requiri, quippe quod necessarium est consequens poenae, quae, quando locum habeat, determinari debet. Nec 2) qualitatem fidei praescriptionis essentiam ingredi, quippe quae aequa corollarium poenae est, et inde deducitur, ut ne is per quem poena efficitur, aequa poena dignus sit, ac is, qui illa afficitur. Ex his autem omnibus colligo, errare eos, et quidem, ut supra iam demonstrauimus, ex confusione determinationum praescriptionis essentialium cum accidentalibus, qui praescriptioni eam ob causam legum naturalium assistentiam denegant, quia tempus per quod durare debeat possessio, iure naturali determinari nequeat.

§. XII. De iuris naturali*rum* et iuris civili*m*utuo*rum*

Cum in prioribus iactum sit fundamentum praescriptionis in genere, nimur niti eandem acquisitione per possessionem, consequens est, hoc, vel illud, eius tantum esse determinationem relativam. Amplius, cum omnis acquisitione adeoque etiam praescriptio, fundamentum seu rationem legalem habere debeat respectu tam iuris naturalis (§. II.) quam positivi, quo ultimo poena negligentiae absolvitur, secundum ius naturae autem hoc eius fundatum esse nequeat, quia naturae repugnat, alterum ob negligentiam punire alterum, eumque iuribus suis in poenam priuare posse, conficitur iam, aliud praescriptionis fundamentum in iure naturali esse sternendum. Praescriptionem ad acquisitionis deriuatiuae species pertinere, nemo temere negauerit. At §. IV. docet, omnis acquisitionis de-



riuatiuae fundamentum esse voluntatem seu consensum ius
amittentis; ex quo apparet, ad praescriptionem quoque
talem consensum requiri, eumque eius secundum ius natu-
rae fundamentum esse. Quare mihi, praescriptionem iure
naturali fundatam esse, probaturo, incumbit, vt, quod,
et quomodo interueniente prioris domini consensu, per
possessionem iuris acquisitionis fieri possit, demonstrem. Cu-
ius quidem probationis duo sunt capita: 1) vt, interue-
niente consensu ipsam acquisitionem per possessionem fieri,
deducam, 2) vt ostendam quomodo talis consensus inter-
uenire debeat, quo, praescriptio ab aliis acquirendi modis
distinguatur,

§. XIII.

Acquisitio per possessionem fieri dicitur, si possessio
est factum, quod acquisitioni occasionem praebuit, prout
in genere acquisitionis per aliquod factum fieri dicitur, si il-
lud factum acquisitioni locum fecit. Quaeritur ergo, quo-
modo possessio acquisitioni locum facere possit? Quam ob
rem possessionis notio hic euoluenda est. Possessio est
physica de re disponendi facultas. At enim actu de iuribus
disponit, qui ea exercet, ergo in possessione iuris est, qui
illud exercet. Ipsum autem iuris exercitium differt, prout
ius exercendum vel est affirmativum, vel negativum. Ius
affirmativum vel nostras actiones commissivas concernit;
quod exercetur, si tales quis actiones committit, quales
vi iuris sui edere licet; vel alterius actiones commissivas;
quod exercemus, si alter eo, quod nos quid egerimus,
agit. Ius negativum iterum vel nostras actiones omissivas
contingit, in cuius possessione sumus, si alter actionem
a nobis postulat, et nos cum eius acquiescentia eam dene-
gamus.


¶

3.

gamus; vel alterius actiones omissiwas, in cuius possessio-
ne sumus, sic alter actionem commissuam edere vult, no-
bis autem contradictibus eam omittit. Ex his adductis,
possessionis natura et indoles satis, opinor, constat. Ve-
rum enim vero exercitium iuris, cum iure illud exercendi,
non semper coniunctum est: Vnde oritur distinctio inter
possessionem iustum et iniustum; praeterea vero sequitur,
per possessionem non semper ius ad exercitium iuris, omni-
um autem minime ius ad illud ius sibi habendum, acquiri.
Nam qui exercet aliquod ius alterius, ad quod exercen-
dum nullum ipso competit ius, alterum perfectionibus suis
priuat. Quod cum iure naturali non liceat (§.III.), eum
tali facto, ius alteri interuertendum acquirere non posse,
in aprico est.

§. XIII.

Licet ex §. antec. clarissime eluceat, per solum iuris
exercitium, ius illud, quod exercetur, acquiri non posse,
non tamen hoc ipso excluditur, quod possessio et exerci-
tium iuris acquisitioni locum facere possit, dum scilicet pos-
siderens per possessionem iurisque exercitium a sua parte de-
clarat voluntatem ius illud acquirendi. Quod autem vt
actu fiat, necesse est, vt accedat generale omnis acquisitio-
nis deriuatiuae fundamentum, consensus nempe eius qui
ius amittit, de iure illo non amplius habendo, ex post fa-
cto superueniens. Et cum (§.III.) in genere fieri possit,
vt quis iure suo se abdicet, nullum dubium est, quin fieri
pari modo queat, vt post acquisitam ab altero possesso-
nem alicuius iuris, illud repudiet, adeoque in acquisitio-
nem ab isto possessore faciendam consentiat. Quo facto,
nemo plane negabit, ius illud repudiatum, a possessore, et



quidem per ipsam possessionem acquiri. Hoc igitur pacto, primum, exstimo, probationis meae caput absolutum est, consensu ius amittentis, illius iuris acquisitionem ab alio per possessionem fieri posse. Quia autem eodem illo praescriptio ab aliis acquirendi modis nondum satis internoscitur; iam age, et alterum caput, ut hoc rectius fiat, sua in luce collocemus.

§. XV.

Ex §. III. et VII. consicitur, duplēm in genere dāri acquisitionis speciem, occupationem et translationem iuris inter viuos. Ab his praescriptio tanquam specialis acquirendi modus, internoscenda est. Quaeritur itaque primo, quomodo ab occupatione distinguitur? Ab occupatione dupli modo distinguitur praescriptio. 1) Ratione modi; occupatio enim modus acquirendi originarius est: Praescriptio deriuatius. In illa supponitur res nullius, in hac alterius. Et cum res nullius vel ab inicio talis, vel ex post, facta derelictione domini, talis esse possit; in utroque casu occupatio locum habet §. III. et VII. 2) In eo praescriptio ab occupatione differt, quod in hac requiratur, ius acquirendum tempore, quo occupatur, vacuae possessionis esse, tam ratione dereliquentis, quam reliquorum hominum; in illa autem, per definitionem supponatur, ut acquirens tempore declarati a domino consensu, iam in possessione sit (§. VIII.).

§. XVI.

Distinctionē praescriptionis ab occupatione §. antec. factis determinata, discrimen praescriptionem inter, et translationem iuris inter viuos, constituendum venit. Ex §. VII. elucet, translationem iuris inter viuos, in onerosam, et gratuitam,




tuitam, seu donationem, despici: Vnde, quomodo ab his
speciebus differat, praescriptio, determinandum erit. Pri-
mo itaque ab onerosa iuris translatione facile distinguitur
praescriptio, in eo, quod in illa non nisi interueniente pre-
tio iuris translatio sit; in praescriptione autem, per eius
definitionem, pretii nulla haberri possit ratio.

de manu singulare p. 14. v. 10. l. 10. cap. 10. §. XVII.

A secunda igitur translationis iuris inter viuos spe-
cie, gratuita nempe seu donatione, et quidem paullo ac-
curatius distinguenda est praescriptio. Donationem §. VII.
definiui, per translationem iuris in certum quendam acce-
ptantem, nullo pretio interueniente; ex qua definitione
melioris distinctionis gratia, iam sequentia colligo corolla-
ria. 1) Qui per donationem acquirit, consensum suum in ipso
demum translationis momento declareret necesse est. 2) In
quem translatio iuris sit, determinatus esse debet. Et 3) de-
nique a parte ius transferentis consensus in illum praecise
directus sit, eique vel expresse, vel tacite praecise declare-
tur. En tibi tria distinctionis fundamenta. Nam quod ad
primum attinet, cum praescriptio per possessionem acqui-
rat, sequitur, ut per eam acquirens, voluntatem iuris exer-
citio, longe ante consensum, a parte ius amittentis inter-
venientem, declareret. Quoad secundum, cum in praesi-
criptione a parte ius amittentis nihil amplius requiratur,
praeter quam declaratio voluntatis, ius non amplius sibi ha-
bendi, sequitur, qui per praescriptionem acquirit, illius
respectu nec certum, nec determinatum esse debere. Quo-
ad tertium denique in eo vel maxime discrimen praescriptio-
nen inter et donationem, versatur, quod in praescriptione
ne necessario supponendum sit, eum, qui ius amittit, con-

B 3

sensum



sensum suum de iure non amplius habendo, ipsi praescire
praescribenti nec expresse nec tacite declarasse. His igit
tor omnibus praescriptio a donatione satis superque di
stinguitur.

§. XVIII.

Ita vero §. XV. XVI. et XVII, praescriptionem ab
aliis acquirendi modis, quantum res poscit, distinx, quo
facto, facilime ipsa consensus qualitas a parte ius amittentis
determinari poterit: quod scilicet, nec expresse, nec quo
dammodo tacite praescribenti declaretur, nec in donatione
nem abeat, sed ita tantum, ut ex factis appareat, eum ius
haec tenus possidere amplius habere nolle, eique perinde
esse, quisquis demum illud in posterum sibi habeat. Ita
quidem praescriptio a parte ius amittentis tacita derelictio
ne innitur. Quemadmodum autem effectum acquisitionis
capiat et ab occupatione distinguatur, ex §. XV. apparet.
Quod autem tacite, vel, si mauis, factis consensum decla
rari debere dixi, per se clarum est, de factis concludenti
bus intelligendum esse, cum alias obstet regula de consen
su tacito, ultra factum non esse eundem extendendum.
At aliud forsitan prohibet argumentum, quo minus acquisi
tio a praescribente fiat. Quod sic se habet: Qui tacet, non
semper tacite consentiens habendus est, sed tum demum,
si loqui potuisset et debuisset. Fieri autem formae, quam
praescriptioni secundum priora dedi, ratione habita, pot
est, ut primo quis loqui non potuerit, secundo autem, quilibet
sine praeiudicio iuris sui amittendi tacet. Ex quo se
quitur, per praescriptionem dicto modo acquisitionem fieri
non posse. Habeo vero in promtu, quo telum hoc
auertam.

§. XVIII.

§. XVIII.

Primo, secundum §. antec. argumentum, quod praescriptioni oppositum volunt, quod nimurum silentium domini, cum contrariae voluntatis declarandae occasio desit, (vel quia nescit, ius suum ab alio exerceri, vel quia exercitentem non nouit) non praebeat possidenti facultatem, illud acquirendi; concedo illud quidem eatenus, hoc casu facultatem acquirendi possidenti non tribui, ast nego, eodem, omnem omnino praescriptionem secundum ius naturale e medio tolli. Re enim rectius perpensa inueniemus, deficere hic praescriptionis fundamentum, voluntatem nempe dominii non amplius habendi, et in specie etiam tacitam, qua proinde tanquam ratione cessante, ipsa quoque praescriptio cessare debet. In omni igitur praescriptione facultas physica contrariam voluntatem declarandi, tanquam necessarium requisitum merito est supponendum. Sic vero a particulari hocce casu, et quidem inhabili, generaliter concludere non licet, omnem praescriptionem e iure naturali exulare.

§. XX.

Ad alterum itaque argumentum me conuero, quod eo continebatur, cum quilibet salvo suo iure tacere possit, ex eius silentio nullam alteri tribui facultatem, illud ius acquirendi. Huic ante omnia generalis taciti consensus regula est opponenda, quod, quilibet, qui non facit, quod facere debebat, nisi aliud quid fieri velit, quoad hoc ipsum tacite consentiat. Huius autem regulae applicationem antequam faciam, voluntatis contrariae declarandae necessitas, sequenti modo demonstranda erit. Qui per praescriptiōnem acquirit, ius acquirendum possidet, per definitionem:

Qui



Qui ius exercet, illud possidet (§. XIII.) Qui ius alienum exercet, facit aliquid iuri alterius contrarium; qui autem patitur nec contradicit, quo minus aliquid iuri suo contrarium fiat, in hoc consensisse videtur. Si itaque non consentire vult, necesse est ut dissensum suum declaret, ut adeo hoc casu necessitas contrariae voluntatis declarandae evicta sit. Iam igitur applicatio regulae ad praescriptionem facienda. Si praescribens rem alienam tanquam suam possidet, eamque talem esse profitetur, facit aliquid iuri alterius contrarium; in quod nisi dominus consensisse videri velit, contrariam voluntatem declarare debet. Quis, quaeso, non videt, regulam: Quemlibet saluo suo iure tacere, de casu habili, hoc est tali, intelligendam esse, si factum alicuius non praecise iuri alterius contrariatur? Praeterea etiam, dum consensum tacitum ad praescriptionis fundamentum requisiti, hic non semper silentio absolvitur, sed (§. XVIII.) ex factis, voluntatem, ius non amplius habendi, inferentibus, elicetur. Ut adeo, vel hoc arguento, praescriptio collatur, multum abest. Nam vel adest necessitas, contrariam voluntatem declarandi, ut in casu adducto; quo, nisi declarat, ob voluntatem tacitam, praescriptio locum habet. Vel non adest; tunc certe cessat praescriptio, nisi alias factis, animum, rem derelinquendi, sufficienter declarauerit.

Quae cum ita sint, atque, tum in genere, per pos-
sessionem, interueniente consensu, adeoque per praescri-
ptionem, acquiri posse probauerim §. XIV. tum etiam,
qualitatem consensus, seu quomodo intercedere debeat,
ut ab aliis acquirendi modis distinguatur praescriptio, ex-
pedi-

pediuerim §. XV. seqq. nihil restat, quam vt ex his corollariis quedam colligam: Ita quidem, vt, quae iure positivo ad praescriptionem requiruntur, secundum hanc iuris naturalis theoriam, examinem. Constat omnino inter omnes, iure positivo ad praescriptionem requiri qualitatem fidei, et quidem, ex ratione §. XI. allegata; quam quidem praescriptionis in genere, determinationem accidentalem esse, evici, non autem in relatione huius vel illius iuris, pro diuersitatis fundamento. Quaeritur itaque, quid de qualitate fidei, in praescriptione ad ius naturae relata, existimandum sit? Cum ex mea sententia, haec questio vnicce ex fundamento praescriptionis, cuius corollarium est, decidenda sit, fundamentum vero praescriptionis in iure naturae, secundum priora, vnicce consensus domini sit, ex hoc fundamento, qualitatem fidei ad praescriptionem plane non requiri, atque ex hoc iure nihil interesse, utrum quis sciens, an ignorans rem alienam possideat, modo ius amittens factis suis declarauerit, vele se, ius illud praescribens seu possidentis esse, extra dubitationem est.

§. XXII.

Aliud ex iure positivo praescriptionis est requisitum, vt tempus, intra quod locum habeat, determinatum sit, quod quidem eidem illi huius iuris fundamento innititur. Quod ergo cum praescriptionis tantum sit relativa determinatio, prout ex §. XI. constat, ipsa autem praescriptio, in relatione ad ius naturae, alii fundamento insit, quaeritur, num vel ex hoc fundamento, determinati temporis necessitas colligatur? In dirimenda hac quæstione, ad naturam consensus respiciendum est. Cum consensus tacitus requiratur factis declarandus, talia autem facta, pro di-



uersitate iuris amittendi, quis vel mox, vel post aliquod temporis interuallum edere possit, sequitur, nec tempus, intra quod prae scriptio locum habeat, determinari posse, nec determinationem temporis, secundum ius naturae ad prae scriptio nis requisita pertinere. Requiritur itaque solum, ut tantum temporis effluxerit, intra quod ius amittens voluntatem factis sufficienter declarauerit, ut adeo ante hanc circumstantiam accidentem, nulla fiat prae scriptio, quia alias ipsum eius concideret fundamentum. Inde autem est, quod statim initio prae scriptio nis definens, esse eam acquisitionem per possessionem continuatam, dixerim; quoniam possessio tam diu continua nanda, donec alter factis sufficienter voluntatem, ius non amplius habendi declaraverit.

§. XXIII.

Equidem §. XXI. et XXII. qualitatem fidei et tem-
pus determinatum, prae scriptio nis essentiam, secundum ius
naturae, non ingredi, docui; tamen ex prae scriptio nis
definitione, etiam secundum hoc ius verum esse axioma:
Tantum prae scriptum quantum possessum, in oculos incurrit.
Possessio enim est factum, quo effectus eius acquisi-
tiuus, a parte prae scribentis, sese exerit. Hunc proinde
effectum cessare oportet, ubi eiusratio, possessio, exulat; et
contra, ubi haec adest, concurrentibus ceteris requisitis,
illum quoque adesse oportere, in liquido versatur.

§. XXIII.

Hactenus itaque tractatione mea sufficienter, credo;
probaui, prae scriptio nis iure naturali fundatam esse. Ius
autem gentium quandoquidem pars iuris naturalis est, nullo
modo

3.


modo dubitari potest, eam quoque, hoc iure locum habere, adeoque inter gentes obtinere, et quidem, concurrentibus omnibus requisitis, quae supra prolixius explicata sunt. Ne itaque gentes sibi praeiudicium inferant, in casu, vbi (§.XXI.) necessitas contrariae voluntatis declarandae adest, utile est, protestationem interponere, quae est declaratio, praeiudicij imminentis auertendi causa. Nam si gens quaedam ius alterius tanquam suum possidet, adeoque, aliquid iuri alterius contrarium facit, ne altera in hoc consensisse videatur, adeoque praescriptio contra eam locum habeat, quo quidem maximum sibi infert praeiudicium, contrariae voluntatis declarandae, adeoque protestationis interponendae necessitas, (§.XXI.) omnino adest. Reliqua autem requisita, quae iure naturali absoluto obtinere, supra prolixius euici, etiam iure gentium naturali adeste debere, ex huius juris partis notione patet.

§. XXV.

Feci hactenus obligationi meae, duo priora dissertationis capita (§. I.) concernenti, satis. Restat tertium, ut brevibus praescriptionis divisiones ex eius notione hauriendas explicem. Praescriptionem esse acquisitionem deriuatiuam per continuatam possessionem §. VIII. ostendi. Semper itaque supponit ius aliquod alterius acquirendum. Iam vero ius alterius vel est tale sine respectu ad nos, vel est ius alterius in respectu ad nos; specificam scilicet obligationem iuri ipsius respondentem, a nobis exigendi. In priori casu semper ius alterius in nos transfertur, indeque dicitur praescriptio acquisitionis. Posteriori autem cum ius alterius, specificam a nobis exigendi obligationem in nos transferri nequeat, quandoquidem nemo libimet aliquid

C 2

debere



debere potest, non quidem ipsum ius alterius a nobis acquiritur, sed respectu alterius tantum extinguitur. Eatenus itaque tantum haec praescriptionis species ad modos acquirendi referri potest, quatenus non quidem proprius ius alterius, sed tantum ius aliquod, iuri alterius contrarium, obligationem scilicet alias debitam, ipsi non praestandi, acquiritur. Quoad potiorem itaque effectum, haec praescriptio, quae extinctiuia audit, ad modos amittendi ius pertinet; ad modos autem acquirendi, ea tantum ex parte referri potest, quod re vera ab acquisitione initium capiat, cum, ius ab altera parte amitti nequeat, nisi simul a praescribente acquiratur ius, iuri alterius, obligationem exigendi, contrarium. Ambigi ergo nequit, praescriptiōnem extictiuam merito suo, diuerso licet respectu, et quamvis effectus eius extictiuus potior sit acquisitio, ad modos etiam acquirendi referendam esse, eamque ob causam, hoc respectu generalem praescriptionis essentiam retinere. Etenim 1) praescribens est in possessione iuris, iuri alterius contrarii; 2) is, contra quem praescribitur, post acquisitionem a praescribente possessionem iuris, obligationi sibi debitae contrarii, ita se gerit, ut appareat, velle se obligationem illam praescribenti remittere; nec tamen hanc voluntatem praescribenti expresse, nec tacite declarat.

§. XXVI.

Ex §. antec. praescriptionis acquisitiuae et extictiuae, tum conuenientia, tum discrepantia haud difficulter colligi poterit, et quidem tam respectu effectus acquisitiui, quam extictiuui. Conveniunt itaque 1) quoad effectum acquisitiuum, quod per utramque acquiratur ius alii;


quod;



quod; ast discrepant inter se in eo, quod per acquistiuam acquiratur praecife ius alterius, non aequ per extinctiuam. Conueniunt 2) ratione effectus extinctui, quod in utraque amittatur ius a priori domino; ast dissentiantur in eo, quod per acquistiuam ita fiat amissio, vt ius alterius simul in praescribente transferatur; per extinctiuam vero ita, vt plane existere definit, atque extinguitur. Ut adeo sat magnam inter utramque intercedere differentiam, in propositulo sit. Acquistiu praeterea praescriptione, ius alterius, vel eodem modo, quo dominus illud haec tenus habuit, a praescribente acquiritur, vel diuerso. Illic prae- scriptio dicitur acquistiu in specie sic dicta;

The image shows a detailed woodcut-style illustration of a heraldic crest. At the top center is a classical vase or urn with a lid, resting on a small base. This is flanked by two large, symmetrical sprays of foliage, possibly oak or laurel, which extend downwards and outwards. The crest is set against a background of dense, illegible Latin text from a historical document.





NOBILISSIMO
DISSERTATIONIS AVCTORI

S. D.

P R A E S E S .

Ita TIBI ex sententia succedant omnia, prospereque
eueniant, vt ego institutum T V V M vehementer collaudo.
Nam quod Regia munificentia subleuatus, exacto triennio
cathedram concendis, quam vt in ea perpulcre fles, maius
quid acturus et amplius, fas is quidem praeclare; non ta-
men, nisi officium, demissa ad obsequium religione stimu-
los admouente. Neque profecto leue est, dumne pueriliter
fici ac nugatorie, fuscipere propugnationem scripti alieni, de
quo quid statuere, animum forsan induixerit alter, tua
subinde perparum interfuerit. At honoriscentius multo
est atque ad praedicationem, in primis, vti nunc sunt tem-
pora, illustrius, proferre, quod meditatus ipse sis, in pu-
blicum; postea vero, quam scribendo quid possis, fueris ex-
pertus, in reprimendo ingeniosorum hominum impetu pa-

ri

ri te virtute praebere; ut nec temere audacterque, nec ti-
 mido et diffidenter egisse videaris. Quorum TV alterum,
 mi GOERINGI, sic exsecutus es, ut commentationem, vti
 erat, a me receperis. Ac TV quidem, quem locum, quam
 difficultem, contrariisque opinionibus impeditum, pertransi-
 veris, minime nescis. Eundem tamen plenius, luculentius
 que alicubi, addo etiam, si formam habitumue speles, ele-
 gantius, nisi forte elegantiae in dicendo curam philosopho
 indignam, quod omen - - censear, tractari posse, dies
 TE docebit. Quae res vicunque se habeat, TIBI certe in
 praesentia, quod nemo bonus improbauerit, satis erat, osten-
 dere, caussam TE meditando tuam fecisse. Alterum vero,
 quod tuenda eadem publice continetur, sic TE perfecturum
 spero, vt mea, quam lubens nauaturus sum, opera non
 magnopere indigear. Faxit numen immortale, ut spatium
 academicum Halis et opud nos emensus, probitatis dili-
 gentiaeque fructus capias quam proxime, eorumque amoe-
 nitate ex voto diutissime perfruaris. Dabam

Francfurti ad Viadrum, d. XI. Mart.

CIOCCCLXV.





et non superfluum eripit ut te credamq; natus et te
naturale v. ratione articulo illig; mundissim; et ab aliis
no; pueris natus ut ex aliis de modis in
aliquo modo cum ambo ut al. articulo em a dico
alio tempore, manifestat articulatio expeditiorum articulorum
-modis.

Freund, von ihrem hellen hocherhabnen Sitz
obsculata ob eius obiectum est tuus amans
Blit Minerve hold auf Dich hernieder,
Freude trinkt ihr Auge an dem wohlegeognen
Sohn der Musen, sieh dich er
wundere, wie die Menschen zum euren heiligen
Gott wenden. Und wenn obstatum est et misericordia
Lange schon sah sie Dich ihrem heiligen Altar
Sich mit Ehrfurcht voller, stiller Seele nahen,
Lange schon sah sie bei heiliger Lampe Deine
Opfer ihr dampfen,
Als verdorben, als aus von dir zu morte annuntiatur
-deum impetrare, maxime cumque ambo utrumque supradictum
modus articulorum manifestus est et statim

Tedes Opfer Deines ingendlichen Fleisches
Dampfe lieblicher zu ihrem goldenen Throne
Jedermal war Gnad und holdes Lächeln Deine
Güsse Belohnung.

Aber

Aber, Freund, schon winkt Dir ihre zarte Sorgfalt
Auf den schönen Pfad der höheren Verdienste,
Blumen freut sie Deinen Tritten auf die hohen
Stufen des Tempels.

Innen thront der Ehre Göttin maiestatisch,
Teilt Geschenke aus nach würdigen Verdiensten.
Geh, betrath, geführt von Tugend, ihres Tempels
Goldene Schwelle.

Tugend und Gelehrsamkeit, sie beide können
Nur den ebenen Weg zur wahren Ehre bahnen.
Beide adeln Seelen, beide sind un trennbar
Götterinnen, Schwestern.

Unter ihrem Schutze sicher haucht der kläre
Neid vergebens Deinem Glücke Gist entgegen,
Ihrer Gunst gewis, schaust Du, o Freund, weit übern
Höheren Pöbel.

D

O wie



Dwie sanste werden Deine Stunden fliessen,
Wenn verfolgte Unschuld um Dich her sich sammlet,
Und geholen, tränend Dir vom Himmel engen
Seegen erlehet.

Denn geniest Du erk des Lebens süsse Freuden,
Die, von Tugend und vom muntern Fleiß gesätt,
Dir schon leimen; o sie schmelzen rein wie jetzt die
Küsse der Freunde.

Freund, in diesen heitern, Wollustvollen Tagen
Gönne dem Gesang, der sie Dir prophezeyet,
Einen Blick, der mahle Dir das Bildniß Deines
Redlichsten Freundes.

3.




ULB Halle
004 393 171

3



f TA → D
nw 1+10 Stück verknüpft



DE
PRAESCRIPCIÓN
IVRE NATVRALI
FVNDATA

PRAESIDE

WOLF BALTH. ADOLPHO DE STEINWEHR

CONSIL. REG. AVL. IVRIS NAT. ET GENT. AC HISTOR. P.P.O

REG. ACAD. BEROL. ADSCRIPTO

ORD. PHILOS. DECANO

A. D. XVI. MARTII C I O I O C C L X V

H. L. Q. C

DISPVTABIT

DISSERTATIONIS AVCTOR

AVGVSTVS HENRICVS GOERING

STENDALIENSIS



FRANCOFVRTI ad VIADRVM

TYPIS IOANNIS CHRISTIANI WINTERI

ACAD. REG. TYPOGR

